



οὐκ ἔστι ἀφ' ἑμοῦ. Id est absque miseri-  
 cordia in quibusdam fertur exemplaribus.  
 οὐκ ἔστι ἀφ' ἑμοῦ. Id est non dilecta. sed ue-  
 riora sunt exemplaria quae habent absque  
 misericordia. Maxime quia ad distinctionē  
 israelis cui non miseretur inferi. domui  
 autē iuda miserebor. **D**icite fratribus uestris  
 populus meus & sorori uestre misericordia  
 consecuta. **Lxx.** Dicite fratri uestro popu-  
 lus meus & sorori uestre misericordiam conse-  
 cuta. Quia magnus dies est ierabel in quo  
 iudas & israel unum habent principem.  
 & nequaquam dicitur israel non populus  
 meus. sed e contrario uocabuntur filii di-  
 uinitatis. Idcirco o homines tribus iuda  
 nolite desperare decem tribuum salutem.  
 sed eam cordie & sermone & uoto. & lite-  
 ris ad paenitentiam prouocate. quia frater  
 uester appellatur & soror. frater ex eo.  
 quod dicitur populus meus. Soror ex eo.  
 quod appellatur misericordia consecuta.  
**A**lter. qui in xpm creditus. & estis tam exiu-  
 daeis quam ex gentibus. dicite fratri ramis  
 & priori populo qui proiectus est. populus  
 meus quia frater tuus est. & misericordia  
 consecuta quia soror tua est. Cum enim in-  
 trauerit plenitudo gentium. tunc omnis israel  
 saluus fiet. hoc idem nobis praecipitur.  
 ne hereticos penitus desperemus. sed pro-  
 uocemus ad paenitentiam. & illorum salute  
 germanitatis probemus affectu.

Judicate matrem uestram iudicate. quia ipsa  
 non uxor mea. & ego non uir eius auferat.  
 fornicationes suas a facie sua. & adulteria  
 sua de medio uberum suorum. ne forte ex-  
 poliet eam nudam. & statuam eam secun-  
 dum diem natiuitatis suae. **Lxx.** iudicami-  
 ni cum matre uestra iudicamini. quia haec  
 non uxor mea. & ego non uir eius. & auferat  
 fornicationem eius a facie mea. & adulteria  
 eius de medio uberum illius. ut ex poliet  
 eam nudam. & statuam eam iuxta diem  
 natiuitatis suae. Huc usque ad israel po-  
 pulum. hoc est decem tribus sermo directus  
 est. nunc alterum caput incipit. & ipse  
 incipit filius. id est populo. ut in eam iudicium  
 aduersum matrem suam quae eos genuit.  
 quae demerit uxor effecta. mores pri-  
 stinos non reliquit. & rursum fornicata  
 est cum amatoribus suis. & inde clemen-  
 tiam uiri. iam repudiata est. iam abiecta.  
 iam ei locutus est. haec non uxor mea &  
 ego non uir eius. Tamen praecipit filius.  
 ut nequaquam ad uxorem patris quam  
 ille demisit. sed ad matrem suam loquantur  
 quae eos genuit. Loquantur autem ad pe-  
 nitentiam prouocantes. ut auferat for-  
 nicationes a facie sua. & adulteria sua  
 de medio uberum suorum. fornicata  
 est. quae cum pluribus copulatur. Adul-  
 tera quae unum uirum deserens. alteri  
 iungitur. quorum utrumque est sinagoga.